




BVLLA

Sexte Sessionis: habite in Sa-
cro sancto Concilio Lateranensi.
Quinto Idus. Maii. M. D. xiii.
Pontificatus S. dñi nostri dñi
Leonis pape. X. Anno Primo.



BVLLA

2-9
Sexte Sessionis: habite in Sa-
cro sancto Concilio Lateranensi.
Quinto Kal. Maii. M. D. xiii.
Pontificatus S. dñi nostri dñi
Leonis pape. X. Anno Primo.



LEO Ep̄s seruus seruorū dei / Ad futurā rei
memoriam : Sacro approbante Concilio.
Superna illius ordinatione: qui celestia & terre-
stria omnipotenti prouidentia moderatur : San-
cte sue uniuersali Ecclesie/ licet imeriti presiden-
tes/inter multiplices curas/quibus assidue angī-
mur/Doctoris gentium salubri sanctissimaq; do-
ctrina moniti/ ad ea maxime aciem nostre men-
tis cōuertimus / per que in Ecclesia ip̄a perpetua
unitas & charitas inuiolata perdurēt/ Grexq; no-
bis cōmissus rectis tramitibus in uia salutis pro-
cedat:ac Christicolarum nomen/ & preciose Cru-
cis signū/in quo fideles saluati sunt/ Infidelibus
expulsis/dextera domini assistente/latius diffun-
datur. ¶ Sane postq̄ felicis recordationis Iulius
Papa Secundus predecessor noster sacrum gene-
rale Lateranē Concilium de Venerabilium fra-
trum nostrorum Sancte Romanē ecclesie Cardi-
nalianum/de quorum numero tunc eramus / con-
silio & assensu laudabiliter/legitime/ & ex ratio-
nabilibus causis/Spiritu sancto cooperante con-
uocauerat / & in eo Quinq; Sessiones tenuerat:
Sextamq; Sessionem Tertio Idus presentis men-
sis faciendā induxerat. ¶ Nos/dicto predecesso-
re de medio sublato/ex tunc expressis & aliis cau-
sis nostrum & dictorum fratrum animū mouen

ribus / Sextam Sessionem huiusmodi de eorundem Fratrum consilio & assensu usque in hodiernum prorogauimus. ¶ Cum autem in minoribus constitutis semper nobis insitum cordi fuerit generale Concilium / utpote agri dominici culturam precipuam celebrari uidendi / Nunc ad Apostolatus apicem assumpti honesto utilique desiderio nostro debitum ex iniuncto nobis cure pastoralis officio accessisse conspicientes / rem hanc ardentiori uoto / & rota animi alacritate suscepimus. ¶ Itaque prorogationem huiusmodi per nos factam approbante eodem sacro Lateranensi Concilio approbamus / ac Concilium ipsum usque ad perfectionem causarum propter quas indictum extitit (& presertim / ut inter Principes & Potentatus christianos bellis atrocibus pacatis / hostilibusque armis depositis / uniuersalis & firma pax componi ualeat) pro qua indefessa sollicitudine nihil pro tam salubri bono intactum relinquendo / omnes conatus nostros adhibere intendimus / prosequi & fine debito terminare uelle / nostrique incommutabilis animi & intentionis fore & esse declaramus : Vt iis / que ad dei laudem / Ecclesieque prefate exaltationem / ac Christifidelium concordiam pertinent / peractis : Sancta ac necessaria expeditio contra Catholice fidei hostes fieri / feliciterque ex il

lis (altissimo fauente) triumphari possit. ¶ Ut autem ad tantum perutile Concilium accedere debentes ab accessu huiusmodi quomodolibet non retrahantur / Omnibus & singulis ad celebrationem Concilii prefati / per dictum Iulium predecessorem conuocatis / aut in congregationibus Conciliorum generalium de iure uel consuetudine interesse debentibus : presertim Gallice nationis / & ad dictum Concilium Lateranense uenientibus (Scismaticis & aliis quibuscumque de iure communi uel speciali per sententiam / seu litteras Apostolicas predecessorum nostrorum uel Sedis Apostolice prohibitis dumtaxat exceptis (uenientiumque seruitoribus & familiaribus cuiuscumque status / gradus / conditionis / uel nobilitatis existentibus / ecclesiasticis & secularibus / pro se / & eorum bonis quibuscumque Non obstantibus quibusuis censurarum & penarum ecclesiasticarum & secularium adiectionibus contra eos / ex quibusuis causis a iure / uel per sedem prefatam / sub quibusuis uerborum formis & clausulis generaliter promulgatis / & quas generaliter incurrerunt per Ciuitates Terras & loca terrestria & maritima Romanam ecclesie prefate subiecta ad Concilium Lateranense ad Urbem huiusmodi ueniendi / & in ea morandi / & libere consulendi / & ab ea quotiens uidebi

tur recedendi/liberum/tutum/plenum/& omni-
modū saluū conductum/cum plena/libera/tuta
& omnimoda securitate/atq; in uera & infallibi-
li fide Pontificia/appobante sacro Concilio pre-
fato/harū serie damus & cōcedimus. ¶ Et nihil
ominus omnes & singulos Reges/ Principes/&
Potentatus christianos per litteras nostras horta-
bimur/monebimus & reqremus / ut pro summi
dei/& Apostolice sedis reuerentia / uenientes ad
sacrū Lateranē Concilium hmōi directe uel in-
directe quomodolibet in persona uel bonis non
molestent/seu molestari faciant/ sed eos libere/se-
cure/& quiete uenire permittant. ¶ Ceterū pro
exequenda celebratione ipsius Concilii/Septimā
Sessionem Decimo Kalē Junii proxime futuri
faciendā indicimus. ¶ Nulli ergo omnino homi-
num liceat hanc paginam nostre approbationis
declarationis/cōtinuationis/prosequutionis/con-
cessionis/monitionis & requisitionis infringere
uel ei ausu temerario contraire. ¶ Si quis autem
hoc attemptare presumpserit/indignationem om-
nipotentis dei/ac beatorū Petri & Pauli Apostolo-
rum eius se nouerit incursum. Datum Ro-
me in publica Sessione/ in Lateranensi sacrosan-
cta Basilica solemniter celebrata. Anno Incarna-
tionis dominice Millesimoquingentesimotertio

Decimo Quinto Kal. Maii. Pontificatus nostri
Anno Primo.

Die Mercurii Vigesima septima Aprilis /
M. D. XIII. Lecta/per R. d. Rob. Ar-
chiepiscopum Regiū.